



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Regiae, Et Instrvctiones De Nitore Et Mvnditia Ecclesiarum, Altarium,
Sacrorum locorum, & suppellectilis ecclesiasticae. Caroli S. R. E. Cardinalis
Tituli Sanctae Praxedis, Archiepiscopi iussu, Ex ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

R E G U L A E,
ET I N S T R U C T I O N E S

D E N I T O R E E T M V N D I T I A

Ecclesiarum, Altarium, Sacrorum locorum, & sup-
pelle etilis ecclesiasticæ.

*Caroli S. R. E. Cardinalis Tituli Sanctæ Praxedis,
Archiepiscopi iussu,*

*Ex Concilij Prouincialis V. decreto confectæ, & in Synodo XI.
Mediolanensi promulgatae, ad prouincia
Mediolanensis vsum,*

fol. 5.

SACRARVM rerum munditiam, ecclesiasticis sancti-
nibus praæceptam, à maiorum nostrorū consuetudine, dili-
gentique ysu acceptam, graui decreto prouinciali à nobis
constitutam, non satis vsum est vniuer-
sè ijs præscribere, qui eiusmodi curæ
præfecti sunt; nisi certas etiam & proprias præceptiones explicaremus, qui-
bus res singulæ mundæ seruarentur; at-
que id è magis faciendum fuit, q. & in
omnes partes deberi intelligitur cultui,
officijsque diuinis; & facile etiā ex vnu
quodam incōsiderato à sacris ministris
negligi perspicitur. quæ quidem non ad
rerum diuinarum decorum tantum val-
ebunt; sed ad ipsarum quoq; rerum integritatem, & incolumentem, quæ cum
munditia coniuncta est, plurimum con-
ducent. debebunt verò qui eiusmodi cu-
rationem sortiti fuerint, his prescriptis
ita vt; ut cum omnia in eis cōtentia pre-
fiterint, industrie suę tamen aditum ad
alia omnia clausum nō arbitrentur, qui-
bus opus Domini perfectius efficiatur.

Primum igitur bis annis singulis, se-
mel ante natalis Domini diem, iterum
autē pentecostes solenitatem, vniuersit-

ecclesiæ, & facellorum superficies inte-
rior, à solo ad fastigium emundetur dili-
genter à puluere, operibus aranearum,
& omni sorde, per operarios in rebus e-
iusmodi exercitatos.

Idem præstetur in facie ecclesiæ, si arti-
ficio sit ad puluerem aut sordes, contra-
hendas apto.

Quod sculptum, pictum, cælatum fue-
rit, præsertim si idem sit pictum, aut au-
ratum; molliter tractetur, sepiusque si
opus sit, purgetur; adhibitis ad tergen-
dum molibus penicillis, aut scopulis ex
palustris arundinæ quasi pluma.

Columnarum, si sint, bases saltem; va-
sa aquæ benedictæ; gradus; cancelli; ta-
bulæ que sepulcra claudunt; mensæ alta-
rium, si consecratae non sint; sacrarii pars
exterior; labra ad vsum manu abluen-
darum; & omnia lapidea que in ecclesia
& sacrificia sunt, nitida reddantur: que
asperiora sunt, arena. & aqua fricentur;
languida, aqua & cinere: lucida tergan-
tur, adhibito eo veluti vnguine, seu pül-
te, que sit ex politura crystalli, cum pan-
no coactili, quem feltrum appellat, aut
verò etiam ratione prescripta suppelle
etili, que est ex aurichalco, que veðit
abstensa, & lauata fuerint, siccentur etiā
diligenter.

Singulis mensibus, si fieri possit, cadē
pars

pars interior ecclesie & capellarum mundetur, quantum homo in solo stans, & scopulam arundini seu perticæ bene longæ alligatam adhibens, facere possit. Neque vero tunc omittatur pars superior capellarum, si arundo pertingat. tam anguli omnes verratur, scannis qui buscunque, altariumq; suppedaneis seu bradellis remotis. si id commodè fieri possit. ad huiusmodi autem vsum etiam adhiberi poterunt perticæ coniunctæ, & per funem ductiles; ita ut magis minime altè adagi pro necessitate possint. Eadem diligentia sacrificie adhibeatur.

Quæ ex ligneo nuceo, aut simili sunt, ostia, valvae, fugestus, subsellia chori, lectorilia, candelabra ad chori vsum, cornua quibus sustinentur lampades, altarium suppedanea, sedes confessionales, scabella genualia, seu scanna ad genuflectendum, scrinia, armaria, & si quæ alia sunt huiusmodi in ecclesia, & sacrificia, eodem temporis interullo bene abstergantur laneo panno, aut lineo crassfo, sed molli.

Solum chori lignum bene itidem fricitur crassiori panno.

Bis vero singulis annis, eadem, quatenus commodè fieri possit, fricentur nuclei in panno inclusis: præter ea tamen, quæ sandaracha, quam vernicem dicuntur, sunt obliterata.

Interim dum haec præstentur, velentur picturæ, & altaria testa sint.

Vas aquæ benedictæ, præter eam accuratiorem frictionem, bene etiam lavetur scopula, & spongia tergatur, quæ escunq; aqua benedicta renouatur.

Labra item lapidea sacrificiæ, ex quo scilicet, & in quod aqua effluit ad manus sacerdotum abluendas, eodem modo, & tempore mundentur, præter eandem illam accuratiorem emundationem.

Specularia vitrea, si alto loco sint, cu[m] viuunt ecclesiæ partes, ut præscriptions, purgantur; si humili, singulo mense scopula arundinea vel humida spongia mundentur, & panno lineo abstergantur.

Cancelli ferrei (qui nigra litura, non levigatione nitere debent) & si quæ sunt candelabra ferrea, singulo mense, pulvere prius excusso, panno abstergantur. eo dem tempore, quod ornamentorum in

eis fuerit ex aurichalco, mundetur ad rationem candelabris infra assignandam. Sciat vero sacrificia rationem illius compositionis, quæ sit ex fumo olei ex lumine expressi, sandaracha, & viridi æruginæ, ad ferrea eiusmodi nigra litera illustranda: & scriptam apud se habeat, vt cum opus fuerit, adhibeat.

Pavimentum ecclesiæ pridie omnium festorum dierum qui publicè seruantur, sacrificia purget à prandio, antequam mutatione fiat paramentorum, si facienda sit. Postridie item bene mane, si eo fuit magnus populi concursus, præterea in media hebdomada, si id festi causa non sit, quod si incident plura festa cotinenter, quotidie sub noctem clausis ianuis verret. Singula saltem hebdomada purgabit pavimentum scælorum, chori, & sacrificiæ: & eodem tempore scopula arundinea purgabit gradus, & suppedanea altarium, valvas Ecclesiæ, genualia, scana que in ecclesia habentur, subsellia chori, cancelllosque capellarum. Nè puluis excitetur; priusquam verrat, asperget aquam, non manu, sed scopula guttatum. ne item adhibeat scopas, quæ asperitate pavimenti laudent. si lutum inhererit, apto aliquo radula genere eradat. habebit igitur sacrificia ad hos omnes vssus sua instrumenta certis & aptis locis recondita, perticas, arundines, scopas parvas & magnas, firmas & molles, capsulas quoq; manubriatas ad purgamenta exceptiæ & efferaenda, & eiusmodi.

Bis autem singulo anno accuratiore aliqua ratione pavimentum si opus fuerit purgare studeat, vt etiam labes quæ contraxerit, omnino, quantum fieri possit, eleuantur.

Si quid areæ est ante ecclesiæ, purget itidem pridie cuiusq; diei festi: tum illud curet diligenter, vt exterior ecclesiæ pars circum circa munda sit; non fordes adfint, non frutices, non herba altior, non locus aliquis immundus: & protut locus ferre, aut poscere videatur, curaret etiam, & cum Superiore agat, vt circummutatur.

Pavimentum campanilis verratur singula hebdomada. pars conuexa imitabulati, & parietes infra illud, singulis mensibus adhibita pertica, vt in ecclesiæ

fla; superiora autem tabulata itidē quan-
doque purgantur.

Capsulæ ad expundi vsum, saltem o-
ctauo quoq; dié vndequaq; panno cras-
fiore circumfricentur, & mūdentur; calx
sputo fōrida amoueat, & si opus sit,
noua addatur .quod si ramenta sint, bis
singula hebdomada quæ sputo madent
amoueantur; siccæ addantur. aeri etiam
quandoque capsæ exponentur, puta al-
ternis hebdomadis.

Armaria, & scrinia sacrificiæ, præter
quod dictū est, singula hebdomada sco-
pula arundinea mudentur.

Altaria bis singulis annis cum sudum
est à finitis Misis ad vesperum spoliata
sunt, & suppedanea item amota; vt siccæ
aeris sentiant beneficium. quo tempore
tum altaria ipsa vndequaq; mūdentur,
tū suppedaneorum pars, quæ subter est.

Cum mappa mutantur & pallia, al-
taria quoque ipsa mudentur arūdineæ
scopula, tela etiam cerata quæ sacro
lapii hæret, leniter purgata; siue lapis sit
infertus, siue totum altare capiens. quod
si aliquo casu accideret ita teatum non
esse; ob reuerentiam sancti chrismatis
ne purgetur, tangatur ve.

Iconæ cum ornamenti suis, si picta
sunt, vel inaurata; sanctissimæ Euchari-
stiz tabernaculum cum suo integumento;
& quæcunque huiusmodi picta, vel
inaurata adiuncta sunt altaribus; item
vmbellæ superimpudentes, singulis mē-
sibus mudentur, caudis vulpinis, aut
rundinea scopula.

Suppedaneum altaris quotidie mun-
detur arundinea scopula saltē, si in eo Mis-
sa facienda sit.

Arcula item, quæ à latere Euangeliū
ad sputum excipiendum haberit soler,
circunfricetur, & purgetur octauo saltē
quoque die.

Fenestellæ vrecolorum saltem octa-
uo quoque die eadem arūdine benè pur-
ganda sunt.

Candelabra, Cruces, Thuribula, & re-
liquæ suppelleæ argentea, quantum fieri
possit, manibus nudi ne contrecte sur,
sed adhibito paono; aut verò parte qñæ
argentea non sit, capiatur. dum exposita
est (quod ferè non nisi interdiu esse de-
bet) adhuc semper qui custodiat, antequā

recondatur, excutiatur, si quid pulueris,
ceræ, aut inquinamenti accesserit, & ex-
tergatur leniter, adhibito etiam linea
& molli panno. condita autem sit una
quæque res theca sua, nè quid fōrdium
accipiat. cum aliquid tamen purgatio-
ne egere visum fuerit, palea combusta
adhibita panno linea leniter præstab-
itur. quod si quid valde fit denigratum,
puta thuribulum ignis causa, aut etiam
multa cera adhæserit; in lixiuia, cui
sal sit admixtum, ebulliente, detergen-
dum erit, adhibito penicillo ex setis
suillis confecto. caueatur tamen, nè si
quæ pars inaurata sit, aurum vi salis de-
teratur. qua in re quid agi debeat, consu-
lantur periti.

Calices bini, & patenæ binæ saltem,
vbi duodecim sacerdotes Misæ faciunt,
quintodecimo quoque die leui manu a-
qua tepida lauentur.
Sexto quoque mense, sapone molliori;
tuncq; post quartam horæ partem, qua
maueant in sole, calida lixiuia bene ab-
luantur, adhibendo penicillum aliquem
ad saponem bene amouendum, præser-
tim vbi fuerit celatura. poterit etiam id
fieri furture cocto; & tunc flatim aqua
manda bis aut rer ablendi effent. præ-
stetur vero ab eo qui in sacris sit, in vae-
se ei vsl, & lauandis corporalibus &
purificatorijs tantum destinato: quod
ex ablutione superfuerit, in sacrarium
fundatur. Vbi verò minor sit numerus
sacerdotum, rarius id fieri poterit ex
proportione numeri sacerdotum, & die
rum.

Suppellex inaurata, aut inargentata,
eadem cautione tractetur, qua argentea.
si semper exposita est, octauo quoq; die
panno linea tergatur molliter; si recon-
denda sit; tergatur tunc. poterunt etiam
inaurata sapone, aut furture purgari, vt
dictum est de calicibus.

Candelabra, & cætera ex aurichalco
tractentur adhibito panno, vel ferrea
summitate capiantur. si perpetuo vsl ad
hibeantur, tertio quoque die à puluere
& cera si fortè defluxerit, mudentur;
si reponenda sint, tunc etiam id fiat. Præ-
terea quarto quoque mense, si nunquam
fuerint exposita, abstergantur diligenter
pulvere pumiceo, aut eo quem dicūt

xi-

tripoli, adhibito corio bupalino; aut si
vtrunque defit, latere in tenuissimum
puluerem redacto, & loco corij, panno
asperiore, quem dicunt saia; nullo verò
modo adhibenda est aqua. recondita hu-
i simodi, tubulis crassioris chartæ, aut
faccis lineis amicta habeatur, qui pulue-
rem arceant, vt nitida & lucida semper
seruentur.

Candelabra lignea, si ad vsum quotidi-
anum sint, octauo quoque die panno
diligenter mundentur, cera si forte ad-
hæserit, leniter abiasa: si recondantur,
tunc idem fiat: & loco sicco, & circumuen-
ita habeantur. id de maioribus cande-
labris seu cereoferariis etiam intelligi-
tur. idemq; de imaginibus Angelorum
ligneari. ratio, qua candelabra lignea mi-
nimè picta mundentur, erit; vt nucleis
panno laneo super imposito circum cir-
ca valida manu fricentur, ita vt succus
exprimatur: siquidem perpetuo vsu ad-
hibeantur, semel id fiat singulis mensi-
bus, alioqui cum exponenda sunt.

Lampades vitrea, quæ sunt quotidiani
ni vsus, quintodecimo quoque die fur-
ture & aqua calida abstergantur.

Vrceoli, præter id quod quotidie fit,
angulis mensibus diligenter purgentur,
adhibito ouorum cortice bene contrito,
cum ligneo aliquo instrumento ad for-
diculas bene eleandas: aut verò alia ra-
tione, si quæ aptior inueniatur. opercula
vrceolorum, quotidie cum reponuntur,
bene siccantur, si madeant. tum etiā pel-
nes vrceolorum abstergantur, siccantur
que; si stanneæ fuerint, tertio quoq; men-
se lixiua seruenti lauentur, & auena, vel
farre vestito, seu onorum cortice bene
contrito fricentur. post, iterum aqua lo-
ta in sole siccantur, & panno lineo mun-
do abstergantur.

Emunctoria, tum bis saltem singula
hebdomada purgentur, si fordes ex emu-
nione inhaerent; tū decimquinto quo-
que die latere contrito, aut cinere sine
aqua mundentur. extinctoria semel sin-
gulis mensibus seruenti aqua & cinere
lauentur, abstergantur que; sed si sunt ex
aurichalco, abstergantur ratione ei ge-
neri præscripta.

Aenea vasæ pro ablutione calicum,
corporalium, purificatorum, antequā

adhibeantur, & post, bene abluantur. bi-
verò singulis annis abstergantur accusa-
tè latere contrito, vel arena & aqua. si
stanno sint illita, adhibeatur furfur &
aqua. eodem tempore vas ad hostias co-
ficiendas paratum lauetur & absterga-
tur ratione præscripta, secundum mate-
riæ suæ genus.

Instrumentum ad hostias conficien-
das, cum vsus fuerit sacrificia, oleo perfum-
dat: & vtranq; partem charta interposa
ta simul iungat. quæ in exteriori parte
fuligo hæserit, abradat; postea candens
partem crassiore panno tergit, & ita re-
ponat.

Lineæ omnia, albæ, amictus, superpel-
licea, mappæ, panni, & si quid aliud est
diuini cultus gratia paratum, separata
ab indumentis domesticis lauanda locet
tur; agaturque, vt melius quam ea pur-
gentur, & poliantur. rarius autem vel
crebrius pro sereni cœli opportunitate
id fiat. hoc numero tamen ne censean-
tur, quæ ad manus, faciemq; lauandam,
& ad nares purgandas in sacrificia ha-
bentur.

Ternæ altarium mappæ, superior qui
dem singulis mensibus; inferiores vero
quater in anno mundæ apponantur.

Superpellicea ministrorum, decimo-
quinto quoque die misda adhibeantur:
corporalia, tertia quoque hebdomada:
albæ decimoquinto quoque die: sudaria
la ad necessitatem purgandarum nati,
quoties opus sit: cinguli alternis mensi-
bus: manutergia altarium, item ami-
ctus, octo dierum spatio mutentur: &
hic saltæ vbi duodecim sacerdotes Mis-
sæ faciant.

Vbi autem pauciores sint sacerdotes, ex
defectione numeri sacerdotum poterit
ageri prorata parte numerus dierum.

Purificatoria singulorum sacerdotum
itidem spatio octo dierum, vel ad sum-
mum quindecim: superpellicea confessa-
riorum singulis mensibus; item quæ vsi
ratio sacerdotalium, & clericalium me-
nisteriorum destinata sunt, ad eandem
ferè rationem.

Cætera superpellicea bis toto anno
lauari sufficiet; vere scilicet, & Autuno.

In suppeditaneo armarij, seu mēse, vbi
conficitur sacerdos sacra indumenta se-
mantur,

mens, perpetuò stratus fit crassior pan-

nus; ne quā parte indumenta foedentur.

Lintea sacrificia ad manus abstergen-

das, singula hebdomada munda ponan-

tur; tunc valde humido celo quotidie sic-

sentur admota igni.

Mappæ ad sanctæ cōmunionis vsum,

contractiores quidem alternis hebdo-

madis, maiores verò alternis mensibus

mutentur. quæ purificationis gratia ha-

bentur, prout necesse fuerit; modò, vt

mundæ semper sint.

Quod autem hæc mutationum inter-

valla p̄ficiantur, non ideo tamen ex-

traordinariè quoque fieri non poterūt;

si oporteat, prout ei v̄sum fuerit, cuius

hoc interest; puta si ex labe, quæ fortè

aspersa sit, aliquid saluo decoro non pos-

fit adhiberi; aut alia causa incidat.

Præcipuis solennitatibus, sicuti Na-

tali Domini, Resurrectione, Ascensione,

Pentecoste, solennitate Corporis Domi-

ni; Natiuitate, Assumptione, & annun-

ciatione Beatisimæ Virginis; festo San-

ti Ambrosii, omnium sanctorum, & San-

ti titularis ecclesiæ, & si quæ sunt eius-

modi, munda omnia adhibeantur: & pul-

chriora item ad descriptionem de appa-

rato faciendam.

Mappæ altarium Missis finitis conte-

gantur stragulis suis. prius verò leuiter

purissima sc̄opula, eius generis quod ve-

stimentis adhibetur, propriè ad eum v-

sum destinata, purgentur. ipsa stragula

singula hebdomada diligenter agitatio-

ne a puluere mundentur, & purgentur;

præter id quod etiam quotidie mane ea-

dem leuius excuti debent, tum aeri ter-

tio quoque mense exponantur.

Corporalia, & purificatoria, cum re-

mouentur, vt alia adhibeantur munda,

ponantur in arcula seu canistro ad eum

tantum v̄sum destinato: & ante quam fo-

ras dētūr ad lauandum, domi ab eo qui

fit in sacris lauentur in proprio vase su-

perius commemorato, lixuia, & sapone

adhibito; & mox bis aqua sola ablauan-

tur. quod ex lauatione superest, in sacra-

xium fundatur.

Alba, & superpellicea lauta, crispanda

dentur more solito; quoties reponen-

tur, ap̄tē sollem contorqueantur, si non

cripantur.

Corporalia item dentur personis pē-

ritis, vt amyto inducto ea durescere fa-

ciant, & complicant pr̄scripta ratio-

ne. tempus huic operi aptum erit à Me-

se Maio ad Octobrem.

Recondantur verò hæc linea omnia

bene siccæ & complicata separatim suis

locis, vt sint in promptu; apponantur que

rosæ siccæ, & lauandula, aut similia, tum

ad maiorem munditiam & elegantiam,

tum vt à tineis libera sint.

Nullus sacerdos ad Missam faciendā

accedat sedis calcis, aut crepidis. ideo

semper crepide in sacrificia habēdē sunt

ad eiusmodi v̄sum. si sacerdos sit exter-

nus, eius rei admonecatur. neque verò itē

ministr̄ ad inseruendum accedant, ni-

si mundis calcis, aut crepidis.

Habentur coram in sacrificia scopula,

qua sacerdotes & clericī vtantur ad ve-

stimenta mundanda, antequam ad sacrū

accendant.

Omnia indumenta distincti proprijs

scrinij habentur; & secundūm coloris,

pretijque varietatem: linea quoque pro

genere & pretio distincta sint, apponan-

turque cuiq; generi propriæ schedulæ.

Casulæ recondantur ductilibus cap-

sis, quæ in armaria inseruntur; atque po-

sita crassiore charta qua fundum caplæ

contegat, appositiq; sic eis rōfarum folijs,

& lauandula, aut similib; spōnatur

casula cum manipulo suo, & stola; mox

alizæ eiusdem generis pro altitudine ca-

pse addantur item integumenta Missa-

lium, quæ sint eiusdem generis, & sacci-

li seu bursæ corporalium. recondantur

verò casulæ bene extente sine ruga au-

plicatura: eodem modo da maricæ, & ru-

nicellæ, supra omnia autem alia charta

fit, vt res mundiores seruētur. Quæ sunt

ex aureo, seu argenteo panno, aut orna-

menta habent auro vel argento aspe-

rioraz; habeant pannum inter & tranque

superficiem, nè confricata corridantur.

Pluialia, maximè si aurea vel argen-

tea sint, vel recondantur in amplio arma-

rio extenta; vel reponantur plicata &

alia; ita tamen vt nullo modo inflectatur

quæ pars penitus à tergo est; & interpo-

natur pannus, vt modò dictum est.

Quandounque extrahuntur hæc in-

dumenta, sub sternatur eis mappa mun-

das;

da : & si aliquo spatio relinquenda sint,
stragulum superternatur.


Quæ raro adhibentur, quandoque in
sereno cœlo explicata exponantur, nè
forte mucescant, vel male oleant; sed nō
in sole. poterit id fieri mense Maio, &
Septembri, & semel in hyeme, pro op-
portunitate temporis.

Pallia altarium habeantur semper si
fieri possit suis telaribus extente affixa,
poteruntque vni aſſerculorum structu-
ra duo affigi diuersi coloris; vt pro diei
conditione necesse non sit niſi vertere
telaris faciem. ita in amplio armario ere-
cta habebuntur, dempta linea filamento-
rum, quæ afflita non fit. interponatur ve-
rò pannus, siue inter duas palliorum fa-
cies in armario, siue inter pallij & alta-
ris faciem; ad vitandam eam, quam su-
pra diximus confricationem, commo-
dum verò erit, pannum esse adeo latum
vt vtranque telaris faciem, & sic pallia
ab vtraque parte affixa contegat: & ita
in media sui parte affixus telari, nunc
quidem hinc inde extendatur, & ab om-
ni latere ligaculis connectatur, nunc ve-
rò ad vnam partem tantum; prout duas
facies telaris aut vnam contegere ope-
ruerit. illud etiam cautionis adhibeatur

in telaris aſſerculo superiore; vt eius 23
gulus inferior cui pallium adhæret, om-
nino recidatur, & deprimatur, vt nullo
modo possit acumine lacerare pallium.
cum altari pallia adhibentur, vel amen-
tum in superiori parte concione eis ob-
tendatur Missiarum tempore tantum, nè
sacerdos impediatur, vel adhærendo læ-
dat paramenta: quod nè pedibus fiat,
prohibebit tabella, quæ a ſuppedaneo
ſurgens in altitudinem trium aut qua-
tuor digitorum altare circummutat.
Quod si ea aſſerculorum contabulatio-
ne haberet non poterunt; ita placentur,
vt si quæ crucis species, aut imago affixa
est, non inflectatur; cantioq; adhibetur
si oporteat, interpositi panni.

Tapetia, crassioresq; panni ad foli in-
ſternendi uſum, cum recondenda ſunt,
prius purgētur cera, & ſi quid aliud for-
didum inhaſerit; aeri poſt exponantur,
& diligenter exagitentur ad excutien-
dum puluerem; ſcopula bene munden-
tur; & ita complicata ſuis locis recon-
dantur.

Sacrificiæ fenestræ ſepè pateant ſere-
no, ficcoq; celo; tū capsulæ ductiles pa-
lum educātur, vt etiam quæ iatus ſunt,
ſentiant aeris beneficium.



I M.